



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Epistola Herimanni Archiepiscopi Coloniensis Ad Richarivm Abbatem. Mittit
ei literas Ioannis papae, quibus Romam vna venire iubebantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

EPISTOLA HERIMANNI
ARCHEPISCOPI COLONIENSIS
AD RICHARIUM ABBATEM.

Mittit ei literas Ioannis papæ, quibus Romam vna
venire iubebantur.

*Magnifice venerando omnique dilectionis affectu veraciter co-
lendo Richero abbatii, Herimannus sanctæ Coloniensis ecclæ-
siæ seruorum Christi famulus, præsens & permanens vale in
Christo.*

SANCTIMONIAM vestram, ut sæpe solemus, etiam nunc
denuo postulamus, quo nostræ senectutis imbecillita-
ti impræsentiarum incumbenti, pia intentione memores,
orationum vestrarum remedia, quibus plus omnibus indigemus, impendere non dedignemini: nihilo minus ambigentes quin idipsum pro virium sufficientia pro beatitudine vestra die noctuque agere minime cessemus.
Ceterum intimetur almæ reuerentiæ vestræ, his nos diebus epistolam ex domino papa Ioanne transmissam accepisse: quæ quid contineat, sine permutatione literæ vel syllabæ, in hoc exemplari liquido perspicere licebit.

NOTA IACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS IESV.

[*Richero abbatii.*] Abbas erat Prumiensis monasterii. Gislebertus vero, quem Lotharienses ducem sibi adscierunt, ut dictum est, comes de Capræmonte dicitur a nonnullis.